

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1577

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 133 / Tabuteau 206 / ARTEM 410 / Round 710

**Auteur(s) :** Guillaume Pichenoht [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1054, 25 décembre

**Lieu d'émission :** Rouen, cathédrale Notre-Dame

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard confirme et souscrit la charte par laquelle Guillaume Pichenoht, prenant l'habit à l'abbaye du Mont-Saint-Michel, donne à ce monastère la terre de la Perelle (à Guernesey).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Dupont Gustave, *Histoire du Cotentin et de ses îles*, Caen, Le Blanc-Hardel, 1870, 4 vol., t. 1, pièces just., n° 19, p. 475.
- b. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 116, p. 185.
- c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 133, p. 307-308.

Texte établi d'après c

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Antecessorum nostrorum constitutis atque decretis vere compertum habemus ut quicumque Christi fidelium bonorum cupidus cælestium quiddam suarum facultatum cui libet loco sanctorum pro animæ suæ remedio donaverit, exinde litterale testamentum nobilium personarum corroborationibus assignatum faciat, quatinus ab omni contradictione vel calumpnia malorum ipsa donatio firma & intemerata atque integra futuris temporibus permaneat : Quapropter, ego Guillelmus Pichenoht cunctis christianis tam presentibus quam futuris notum esse volo, quod meorum pro magni tudine peccatorum perpetuas metuens inferni penas & celestis regni desiderio accensus pro salute animæ meæ & parentum meorum monachilem habitum in ecclesia Sancti Michaelis de Periculo Maris accipio, & pro animabus antecessorum (sic) meorum, do Sancto Michaeli et suis monachis Perrellam & omnia quæ Perrellæ appendent. Hanc donationem concessit Willemus egregius comes Normannie Roberti comitis filius, atque propria manu firmavit in die natalis Domini ante altare Sancte Marie metropo litane Rotomagensis ecclesie, videntibus & audientibus Maalgerio (sic) archiepiscopo Rotomagensi, Hugone episcopo Abrincatensi, Rogerio de Bello Monte, Rogerio de Montgulmerio, Ricardo vicecomite & ex hominibus Sancti Michaelis, Hilgerio de Ardevone & Thescelino fratre ejus, Raginaldo de Grandivilla, Radulfo de Sancto Johanne. Fecit etiam Willelmus comes a predictis episcopis ante altare Sanctæ Marie excumulationem fieri super omnes illos qui molirentur hoc donum violare, vel qui vellent monachis Sancti Michaelis aliquid de dono isto tollere, vel facere molestiam rebus Sancti Michaelis pro isto dono.

Willemi + comitis. Anno ab Incarnatione Domini M.L.IIIto., indictione septima, facta est hec donatio. Maalgerii + archiepiscopi. Hugonis + episcopi Abrincatensis. + Rogerii de Bello Monte. Rogerii de Montgulmerio. + Ricardi vicecomitis. + Hilgerii de Ardevone. + Thescelini fratris ejus. + Raginaldi de Grandivilla. + Radulfi de Sancto Johanne.